

Christum tuum : tamen existimo referendum esse ad ipsum corpus, seu cadaver Christi in sepulchro; de ultima enim ait: Non relinques in Inferno, de corpore, Non relinques in corruptione, Non dabis videre corruptionem.

227. Multi, & graves Theologi, ut Granado, Mendoza, Hurado tenent, quod Sanctitas in suo conceptu abstractivo sit propria creaturae intellectualis: fundamentum unicum est; quia Sanctitas dicit supernaturalis bonitatem, ad quam amor Divinus terminatur, & ipsa creatura sit capax inire amicitiam cum Deo. Hac ratio petit principium.

228. Contra vero multi graves Doctores, ut D. Bonaventura, Mairon, Jacobus de Valentia, Suarius, Toletus, Nazar, & alij, quos citat, ac sequitur Saavedra de B. Virgine Maria vestig. 4. dist. 24. sect. 3. n. 5; aliis fol. 225. & missis multis rationibus istorum Authorum ego hac una ratione sic proba: Illud est Sanctum, quod est purum; & liberum ab omni inquinamento, ac macula, & a Deo supernaturalisatum, nam per talem supernaturalitatem jam res manet supra omnem naturam vim constituta in quodam ordine divino, ac proinde ex illa supernaturalitate habet participationem a Deo, ut Authore supernaturali, ac fonte totius Sanctitatis, v. g. unio hypostatica, quae datur inter Verbum D. & corpus Christi etiam ex parte corporis, & prout in corpore subiectatur est supernaturalis, & sancta; & inde ipsum corpus Christi, & caro est sancta, & in praesenti dicitur de corpore Christi: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, ubi corpus sumitur prout conditum: guntur ab anima, de qua scribitur Non relinques animam meam in Inferno, & hac ratione potest dici sanctus & gratia, ut est habitus, sancta.

229. Idem dico de corpore, ac carne B. Virginis Mariae; quae ipsum Deum verè, realiter, ac substantialiter in se suscepit, uterque ejus factus est sacrarius totius Trinitatis, & ex ejus sanguine cooperante Spiritu sancto formatum est corpus Christi, ipsaque, ut ait D. Thomas, attingit fines Divinitatis; & ideo ex tanta conjunctione cum Deo constituta est in quodam superiori ordine, & quaedam rationem sanctitatis, corpus, & caro ejus participavit, & ita ut refert D. Damascenus de dormitione Virginis; Sancti Apostoli illud sacrum cadaver venerantes adoraverunt. Ad nostrum redeamus scopum: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, quam licet, ut debitam unio hypostatica requireret, tamen praeter ipsam expostulabatur actio physica Divinitatis, quae illud conferret, ac tueretur ab aere, ac humoribus, aliisque qualitatibus, quae in corpore mortuo generant corruptionem, ut docent D. Tho. 3. p. q. 5. art. 3. ad 2. & Gabriel, Herveus, & alij in 3. dist. 20.

230. Quod etiam ad sanguinem Christi effusum in passione extendunt Gabriel, Durand, quos citat; ac sequitur Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 47. sect. 2. sanguinem a Christo effusum non fuisse corruptum, ut contingit in sanguine effuso ab aliis hominibus, a qua corruptione cum praeservavit Divinitas Verbi, cui, ut antea, erat hypostaticè unitus, ac conjunctus, & ait Soar, hoc videri definitum a Clemente VI. & Pio II.

231. Quod etiam ad sanguinem Christi effusum in passione extendunt Gabriel, Durand, quos citat; ac sequitur Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 47. sect. 2. sanguinem a Christo effusum non fuisse corruptum, ut contingit in sanguine effuso ab aliis hominibus, a qua corruptione cum praeservavit Divinitas Verbi, cui, ut antea, erat hypostaticè unitus, ac conjunctus, & ait Soar, hoc videri definitum a Clemente VI. & Pio II.

232. Ultima dona a Deo Patre sibi communicata respicit Christus, primo a dextris est mihi, ne

232. Ultima dona a Deo Patre sibi communicata respicit Christus, primo a dextris est mihi, ne

QUAESTIO XXVI.

Quare tantus est Christus in praesenti in referentibus ad recensendis beneficiis a Deo Patre acceptis?

commoveat: Secundo, Caro mea requiescet in spe. Tertio, Non relinques animam meam in inferno. Quarto, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quinto, Notas mihi fecisti vias vitae. Sexto, Replebis me jucunditate cum facie tua.

Tot, & tanta beneficia sibi a Deo Patre collata commemorat, ut semper ea in memoria tenens, & pro eis gratias Deo habens, qui non solum in eo tot, ac tanta beneficia impertivit, nempe quod in ipsis ingruentibus malis liberaverit, sed etiam in ipsis eum sublimaverit, & exaltaverit, ut ejus anima non solum non esset in Inferno, sed etiam ab illo exiret magno Sanctorum Patrum comitatu quod non solum ejus corpus esset a corruptione liberum, sed & sanguis a corpore separatus, perque varias partes dispersus (ut dixi superiori quaestione ad finem) totus exultaret gloriosus, ac faciei Dei praesentia jucundaretur.

In persona Christi ait Regius Vates Psal. 9. n. 15. Qui exaltas me de partibus mortis. Perbelle notat Chrysofost. Non dixit (inquit) qui liberat me, sed qui exaltat me; non enim in eorum malis solvendis tantum subsistit Dei beneficium, sed facit eos etiam admirabiles, insignes, ac clariores, non dixit autem in partibus, sed ex partibus multa pericula significans a quibus, scilicet licet non solum est liberatus; Deus enim facit multa mala contra Sanctos, ac justos fieri permittit, ut ipsi clariores appareant.

Quod praclarissime confirmat & prosequitur citatus Chrysofost. ad praedictum Psalmum dicens: Potest enim Deus in rebus, vel diffinitis, & impedivissimum exitum invenire. Et post pauca subdit: Ideo nec pueros eripuit a principio, sed postquam consueverunt in fornacem, nec Daniele antequam esset immensus, sed septem post diebus: Hoc jam ostendit Psalmographus, audi quod subiungat: Omnes gentes circumierunt me, vidisti periculum inexcitabile statim; sum tamen omnia contraxit ab ipso Deo, & ideo addit, & in nomine Domini ultus sum in eos, Syriacus legit exercuit in eos; Arabicus dissipavit eos; Non enim liberavit pueros antequam mitterentur in fornacem, nec Daniele antequam ille in lacu Leonum descendisset, nec Davidem, antequam omnes gentes ad eum deglutendum convenissent, sed postquam pericula ipsa in eos irruerunt ut sic illis superatis gloriosiores, ac illustriores fierent, & sic ait David: Ultus sum in eos. Psal. 117. n. 16. Arabicus dissipavit eos. D. August. Noster Incognitus, Generatarius, ut gloriosus victor, ac triumphator exhiberetur.

Magna seditio, murmurque populi cum exortum esset contra Moysen, & Aaron, tumultusque maxime increaseret, ut jam veluti ad eos interficiendos populus armatus conveniret, Moyses, & Aaron pro tanto discrimine evitanda fugerunt ad tabernaculum fiederis: Tunc Deus rem valde mirabilem perpetravit: Postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini, Num. 16. n. 43. Res sane admirabilis, cum ex tumultuante populo Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum, seque ad illud recipiunt, tunc nubes lucida cooperit tabernaculum, & ipsa Dei Majestas descendit, ut ab universo populo dignoscatur. Quid illustrius, aut majus fieri poterat, quam propulsato periculo, ut servi Dei exaltarentur, ac sublimarentur, quam quod ipsa Dei Majestas descenderet in eorum protectionem, & inde permittum est periculum ad eorum illustriorem gloriam. Origenes citatus in Glossa ait: Non legitur quod antea obreperit nubes tabernaculum, & apparuerit Majestas Domini, & receperit inermem Moysen, & Aaron, nisi tunc cum surrexit in eos populus, & voluit lapidare: Discamus ex hoc quanta sit utilitas in persecutionibus Christianis, quantum gloria conferatur quando

quando propugnator fiat Deus, & Spiritus infunditur. Postquam tres illi pueri egressi sunt e fornace absque laesione, Tunc Rex promovit Sidrach, Misach, & Abdenago in Provincias Babyionis, Dan. 3. n. 93; Captivi erant morti traditi, flammis dati, & inde ad Principatum, & gubernaculum totius Imperij Babyionici exaltantur, elegantissime D. Chrysofost. epist. 5. ad Theodor. ait: Flamma corripit mortalia corpora, & ab immortalibus abstinet, integrumque reddit depositum, indeque multo cum splendore, nam quemadmodum ex Regibus Reges, ita de camino egressi sunt pueri. Expende praetera ultima verba. Quemadmodum Reges generant Reges, sic fornax caminus ardens, ac arumna affligens generant Reges, ac Principes.

Acto. 2. n. 29. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus est, & sepultus, & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Num. 30. Propheta igitur cum esset, & sciret, quia jurejurando juraret illi Deus de fructu lumbi ejus sedere supra sedem ejus. Num. 3. 1. Providens locutus est de Resurrectione Christi, quia neque derelictus est in Inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Num. 3. 2. Hunc Jesum suscitavit Deus, cuius nos testes sumus.

quando propugnator fiat Deus, & Spiritus infunditur.

237. Postquam tres illi pueri egressi sunt e fornace absque laesione, Tunc Rex promovit Sidrach, Misach, & Abdenago in Provincias Babyionis, Dan. 3. n. 93; Captivi erant morti traditi, flammis dati, & inde ad Principatum, & gubernaculum totius Imperij Babyionici exaltantur, elegantissime D. Chrysofost. epist. 5. ad Theodor. ait: Flamma corripit mortalia corpora, & ab immortalibus abstinet, integrumque reddit depositum, indeque multo cum splendore, nam quemadmodum ex Regibus Reges, ita de camino egressi sunt pueri. Expende praetera ultima verba. Quemadmodum Reges generant Reges, sic fornax caminus ardens, ac arumna affligens generant Reges, ac Principes.

Acto. 2. n. 29. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus est, & sepultus, & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem.

Num. 30. Propheta igitur cum esset, & sciret, quia jurejurando juraret illi Deus de fructu lumbi ejus sedere supra sedem ejus. Num. 3. 1. Providens locutus est de Resurrectione Christi, quia neque derelictus est in Inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.

Num. 3. 2. Hunc Jesum suscitavit Deus, cuius nos testes sumus.

VERSIONES.

Syrus n. 29. Permittitur dicere ad vos palam de priore Patrum David, & domus sepulchri ejus, &c.

Arabic. Aethiopic. Sanè licebit vobis aperte dicere, Syrus Regius monumentum ejus. Syrus n. 30. De fructu ventris sui sedere supra folium suum.

Arabicus. Quod suscitaturus esset Christum de fructu lumbi ejus, quantum ad carnem, ut sederet. Oecumen. Praescius.

Syrus n. 31. Et vidit ante, & locutus de resurrectione Christi, nec corpus ejus. Catech. Prævidens, Oecumen. Praescius.

Arabicus. Cum hoc praescivisset, quod anima ipsius nempe Christi non esset deserenda in praecipitio.

Syrus n. 32. Hunc Jesum suscitavit.

EXPOSITIO XIV.

238. Vers. 29. Viri fratres liceat audenter dicere ad vos, Syriacus Permittitur dicere apud vos. Magnus Magister Petrus modestiae causa sic loquitur tanquam benevolentiam, & dicendi facultate expostulans. De Patriarcha David, Syrus de priore Patrum David, Probat citata verba Psalmi: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, non posse intelligi de David; quia sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem; Vos enim hujus rei testes estis, quia sepulchrum ejus, in quo ipse mortuus, ac corruptus, reductusque in pulverem jacuit, post tot saecula usque ad praesens extat apud vos, intelligenda sunt de Christo Jesu, qui solum per 36. horas jacuit in sepulchro, ut inde absque ulla corru-

tionis laesione gloriosus surrexerit, cujus rei testes sumus, proindeque in ejus persona loquitur David.

239. Vers. 30. Propheta igitur cum esset praevideat, agnovit futura, quia jurejurando jurasset illi Deus: Dicitur jurare, ut nos certiores, ac firmiores redderet de immobilitate sui consilij, ac voluntatis, ut patet ex Paulo ad Hebraeos 6. n. 17. & ait: In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem consilij sui in eo posuit iurandum. Valde difficiles sunt homines ad credenda ea, quae sunt Dei. De fructu lumbi ejus: de lumbis facit mentionem; lumbus enim est origo generationis; Sedere super sedem ejus. Hoc autem Christi regnum non fuit temporale, in quo falluntur perdidit Iudaei: Christus regnat in Ecclesia per totum Orbem, & ejus regnum non solum est, ut in Davidis, sed etiam Dei Patris excellentius, ac illustrius regno Davidis; hoc enim fuit temporale, Christi vero spirituale; David terrenum, Christi caeleste, Davidis simile, & perit, Christi vero aeternum, & perenne.

240. Vers. 31. Providens locutus est hic repetit Apostolus, quae supra dixerat vers. 27. & ibi explanata sunt quae valde necessaria saepe veniunt repetenda, ut Christus D. fecit in Evangelio recommendans semper vigilandum, vers. 32. Hunc Jesum, quem suscitavit Deus, cuius nos testes sumus. De hoc testimonio Resurrectionis jam egi cap. 1. n. 21.

QUAESTIO XXVIII.

Quare referens D. Petrus Davidis magnalia, de ejus sepulchro facit mentionem?

241. Communiter graves Patres, ac Doctores advertunt quod caute loquitur Apostolus in praesenti loquens de Davide dicens: Sepulchrum ejus est apud nos, non ait ejus corpus, ejus cadaver; quia videtur quod ipse David cum aliis Patribus, Adamo Abel, Abrahamo surrexisset in suo corpore cum Christo, Matth. 27. n. 5. proindeque eorum corpora non iterum rediisse ad sepulchrum, sed omnes, qui surrexerunt, hoc est fuisse eis datum ad vitam aeternam & immortalem, ac cum Christo triumphantes gloriosos cum suo corpore caelos ascendisse; hoc maxime decebat magnificentiam Christi, cujus dona in suos electos non sunt revocabilia, atque hoc ipsum maxime expediens erat ipsis Sanctis ne iterum cogerentur morti, ac dissolutionem corporis ab anima pati. Ita D. Hieronymus. Origenes, Beda, D. Anselm. D. Epiphanius, Hieron. Clemens Alexandr. lib. 6. Strom. Eusebius, lib. 4. de Mont. 1. 2. D. Thom. ad cap. 27. jam citatum, ubi ego etiam hanc sententiam amplector tom. 5. Evang. lib. 8. cap. 19.

242. Maxime poterandum, quod agens Apostolus de Magnalibus Davidis dicat quod sit Christi Pater, & de magno ejus regno quod dandum est Christo D. De fructu lumbi ejus ponam super sedem ejus, tuncque Apostolus agit de morte, ac sepultura ipsius Davidis, nil gloriosius, ac magnificentius homini, quam mors iustorum; ut erat David; nil illustrius, ac honorificentius homini, quam sepultura, cum Christus dicitur, & sit sepultus; ideo postquam D. Petrus egit de sepultura Christi: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, statim facit mentionem de illa David: Cuius sepulchrum est apud nos. Cum Christus Iesus est sepultus, jam sepultura non est pondus, sed honor, & gloria. Eleganter D. Ambrosius, lib. 10. in Lucam. c. 9. 6. ait: Unde te invocem Petre, ut doceas me quae stens cogitaveris, unde, inquam, te invocem? de Caelo, ubi jam choro insertus Angelorum, an etiam de tumulo; quia non putas injuriam tibi esse; unde Dominus surrexit.

surrexit. Anceps est Sanctus Doctor invocans Sanctum Petrum, an, dum ipse est in celo, andum ipse currens ad Christi monumentum altat; juxta illud, quod scribit D. Marcus 16. n. 5. Quod euntes mulieres ad monumentum viderunt revolutum lapidem. Et juvenem scientem a dextris. Ad qua verba sic ait D. Chrysof. in Psalm. 2. Ut ostenderent Angeli Deum fuisse sepultum, ad sepulchrum tanquam ad caelum manebant.

Marc. 16.

D. Chrysof.

243. D. Gaud.

Psalm. 23. D. Epiph.

Summa Christi potestas de sepulchro.

244.

Christo sepulto ministeri Principis.

Eccles. 10.

D. Athanas.

246. 1. Pet. 2.

Subiecti estote omni humana creatura propter Deum, Regi quasi excellenti: Graecus quasi eminenti, & excellenti, ut ex ejus celsitudine deprehendatur illius summa reverentia. Inde Achior incipiens loqui cum Holoferne se totus prostravit in terram, ut ibi exponunt graves Interpretes: Judith. 5. n. 5. Et cum ipsa met Judith introducta esset ad Holofernem, & cum in faciem ejus intendisset adoravit eum prosternens se super terram, cap. 10. n. 20.

Grac. Cum Rege multa cum reverentia loquendum. Judith 5. Judith.

Ex adulterio cum Bethsabee nascitur filius David, qui puer statim ad magnum vitae discrimen devenit, quo magno dolore affectus David multas preces pro parvuli salute Deo obtulit: Deprecatus est David Dominum pro parvulo, & jejunavit David jejunio, & ingressus seorsum jacuit super terram, 2. Reg. 12. n. 16. & tandem moritur puer: Cur deprecationes tanti Regis, & jam poenitentis vitam non consequuntur puero; cum de orationibus justorum erga Deum scriptum sit: Aures ejus in preces eorum, Pl. 33. n. 16. Theodoret. ibi q. 26. proponens difficultatem sic ait: Quomobrem infantem recens natum morti tradidit Deus. Respondet: Vivus erat futurum argumentum sceleris, ac iniquitatis pij Regis, qui erat etiam Propheteta, curam gerens Dominus non sinit eum vivere: Erat perenne monumentum adulterij, ac criminis Davidis, moriatur ergo Puer, ut consulari honori, atque authoritati Regis Davidis, ne quis habeat ansam ad aliquid de eo detrahendum: In tanto honore, ac reverentia vult Deus Reges haberi, ut non solum falso, sed etiam nec vere de eis male dicatur, at que habeatur.

247.

Act. 2. n. 33. Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc, quem vos videtis, & auditis.

Nam. 34. Non enim David ascendit in Coelum, dixit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis.

Num. 35. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Num. 36. Certissime sciat omnis domus Israel, quia, & Dominum meum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis.

VERSIONES.

Syrus n. 33. Qui per dexteram Dei exaltatus, accepit a Patre promissum, quod de Spiritu sanctitatis, & donum.

Arabicus. Quando accepit a Patre hoc, quod vos modo vidistis.

Aethiopic. Spiritum pretiosum hunc.

Syrus n. 34. Sede a dextera mea. Arabicus ad dexteram meam.

Syrus n. 35. Suppeditaneum pedibus tuis. Arabicus. Quoad usque & sub scabello, Aethiopicus. Usque referam.

Arabic. n. 36. Sciat scientia certa, quod Deus constituerit Iesum hunc metipsum, inquam, Dominum, & Christum. Aethiopic. Manifeste sciat, quod Dominum, & Messiam.

EXPOSITIO XV.

248. Vers. 33. Dextera Dei; Alta nempe Dei potentia, & virtute Exaltatus in morte magnis signis, & prodigiis; in Resurrectione magno triumpho, & splendore, suaque etiam Ascensione in Caelum multa majestate, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre. Ex hoc etiam ostenditur quomodo Christus sit exaltatus a Patre, a quo accepta potestate promittendi, & mittendi Spiritum S. pretiosissimum, ut habet Aethiopicus: Quem vos vidistis, & auditis. Per os nostrum variis, & diversis linguis simul magna Dei praedicante, ac etiam per sonum advenientis Spiritus vehementis, qui vos ad hunc locum convocavit.

249. Vers. 34. Non enim David ascendit in Coelum, efficaciter probat Apostolus Psalm. 109 citandum, sede a dextris meis. Non proferri a Davide in propria persona; quia ipse non ascendit in caelum, sed de Christo D. qui gloriosus in caelum ascendit, & sedet a dextris Dei Patris. Dixit autem Dominus, nempe Deus Pater, Domino meo, nempe Christo, qui non solum est Dominus, quia Deus, sed etiam quia Homo, tum ratione unionis hypostaticae, tum titulo Redemptoris totius generis humani, ac etiam per respectum ad Angelos titulo glorificatoris. Sede a dextris meis. In eodem nempe solio mecum, cum summa, atque aequali potestate mecum, ut latius explicabo infra quaest. 31.

Aethiopic.

249. Psalm. 109.

Quid sedere ad dexteram.

250.

Syriacus.

Explicatur particula Donec.

Matth. 1.

251.

250. Vers. 35. Donec ponam inimicos tuos infideles, & haereticos tanquam scabellum pedum tuorum. Hoc est, eos tanquam vile scabellum, seu, ut habet Syriacus suppeditaneum, quo significatur summa, & alta subiectio cum summa, & perfectissima ratione, quia tantum Dominum noluerunt recipere, nec adorare: Illa vero particula Donec non significat quod usque ad illud iudicii tempus Christus sedeat ad dexteram Patris, quasi deinceps non sit seorsum, sed potius contrarium significat, ac si dicat Aeternus Pater, sede apud me regnans super populum Christianum, donec subjeciam tibi inimicos tuos infideles, scilicet, & tunc latius, & longè magis regnabis in toto Orbe; omnibus te recognoscantibus, & ut verum Deum adorantibus, sicut dicitur de B. Joseph. Matth. 1. n. 25. Non cognovit eam, donec peperit filium suum, id est non cognovit eam usque ad partum, multoque minus post partum.

251. Vers. 36. Quia Dominum eum, & Christum fecit. Quia Deus Pater sic evexit Iesum ad supremum dignitatis fastigium, ut sit universorum Dominus; & Christus, verusque Messias unctus gratiae plenitudine, de qua omnes accepimus, & tantum evexit, eo quod ejus naturam humanam Divinae Personae in Incarnatione unierit. Perperam Arrius efformat argumentum contra Christi Divinitatem, quia non est Dominus per natum, sed quia a Deo Patre est factus. Haereticus aperte errat; quia D. Petrus in praesenti non loquitur de Christo D. qua Deus, sed qua Homo, ut à Judaeis cruci affixus erat, & a Deo Patre exaltatur, ut rectè notatur noster D. Cyrillus lib. 9. Theaur. cap. 3. D. Basil. lib. 4. contra Eunom. & alii

QUAESTIO XXX.

Quare Christus D. dicitur Dei Patris dextera exaltatus in sua passione?

252.

At D. Petrus de Christo D. Dextera Dei exaltatus, non tantum ait, quod fuit exaltatus, sed signatè ait Dextera Dei cum dicitur opus manus dexterae, significatur opus summae fortitudinis, po-

tentiae, ac Majestatis, ut notat D. Bernard. serm. 7. in Psalm. 9. ad illa verba vers. 7. Cadent a latere tuo, id est, sinistra, mille, & decem millia a dextris tuis. Et deinde dicitur Christus dextera Dei exaltatus, hoc est summa ejus potentia, ac fortitudine omnipotentis Dei.

Primo Christus D. exaltatus est a Patre, in sua passione, ac cruce dixit Christus D. Ioan. 8. n. 28. Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Quid significat modus hic loquendi cognoscetis quia ego sum? D. Aug. tract. 40. in Ioan. sic ait: Recolite illud ego sum, qui sum? Exod. 3. n. 15. & cognoscetis quid sit dictum: ego sum. Ac si dicat: Cum exaltatus fuero in Cruce cognoscetis quod ego sum, qui sum, quod est proprium nomen Dei, ac tunc cognoscetis quia ego sum. Valde mirum, quod Christus operans tot mirabilia, suscitans mortuos, dans caecis oculos, claudis pedes, imperans Daemonibus, adhuc plane non cognoscitur, ut Deus, sed cum exaltatus fuerit, tunc cognoscetis quod ego sum, expende illud Tunc ac si in tali eventu, in tali occasione plenissime cognoscetis, quod ego sum, qui sum, quia inter tot, & magna opera, quae Christus fuit patrus, sic in sua morte, ac passione cum Aeternus Pater exaltaverat, ut ibi valde peculiariter, ac insigniter declaraverit, & manifestaverit suam Divinitatem, ac Majestatem, & idèd suam passionem, ac mortem in Cruce exaltationis nomine nobilitavit. Citatus Aug. Exaltationem autem Crucis dixit, quia ibi exaltatus est, quando pendit in ligno.

Valde sollicitè anima sancta suum dilectum sponsum Christum Iesum requirebat, de quo multa magna praedicabat, unde à filiabus Ierusalem quaeritur: Qualis est dilectus? ac si postulerent signa, ut exponunt Richardus, Rupertus, & alii de ipso sponso, de quo tam illustria publicabantur, Respondet ipsa: Dilectus meus candidus, & rubicundus, Cant. 5. n. 10. & tantum haec signa exhibet ad eum dignoscendum, si candidus, quomodo rubicundus: candidus per Divinitatem, quae dicitur candidior lucis aeternae, rubicundus per indumentum sanguinis suae passionis: D. Chrysol. serm. 31. ait: Texebatur autem regium ejus vestimentum, quod in purpureum furorem erueret tinget Passionis. Ac ad cognoscendam supremam celsitudinem Divinitatis nullum majus, ac efficacius signum, quam indumentum purpureum ejus sanguinis: Passio enim Christi index suae Divinitatis est.

Cum D. Iesus iter faceret cum discipulis suis in Castellum Emmaus, & ad metam federet cum eis, gratiasque agens frangeret panem, scribit D. Luc. 24. n. 35. Cognoverunt eum in fractione panis: & cur potius non cognoscunt eum, cum suprema, & alta sapientia aperiret, & explicaret Scripturas in via? Unde & ipsi dixerunt: Nonne cor nostrum ardens erat in via, dum aperiret Scripturas? Vel cur potius eum non agnoscunt, quando in manibus pacem accepit, benedixit, & gratias egit cum admirabili, & altissima, summaque erga Patrem reverentia, sed solum in fractione panis agnoscunt. Per panem caro Christi, corpus Christi per illam fractionem denotabatur, quod dum corpus Christi fuit apertum, & perforatum, flagellis, clavis, lancea, per illas aperturas, ac per foramina maxime paruit, & manifestata est latens Divinitas super omnes alias actiones, Pulchre Abbas Drogo serm. de Sacrament. Domin. Passionis. sic ait: Et verè non cognoscetis Dominum, nisi in fractione panis: panis caro tua, fregisti manibus tuis corpus tuum, quia potestatem habebas ponendi animam tuam, & iterum sumendi eam: fregisti corpus, quod foris apparebat, & ostendisti medullam, quae intus latebat, nisi autem patiaris non cognoscetis, ibi, inquit, abscondit.

D. Bern. Psal. 9.

Ioan. 8.

D. August. Exod. 3.

Christus in passione, ac Cruce maxime manifestavit suam Divinitatem.

254.

Richard. Rupert.

Cant. 5.

D. Chrysol.

Passio Christi iudeis, ejus Divinitatis.

255.

Luc. 24.

Per aperturas passionis cognoscitur Divinitas.

Drogo.

Soar. cætera dona Spiritus sancti, vel ut etiam Soarez to. 3. n. 3. p. disp. 3. 2. sect. 1. Per hoc donum Spiritus sancti exponit donum sacramenti Confirmationi; hoc enim sacramentum Confirmationis tribuit Scriptura Spiritui sancto, Actor. 8.

169. Vers. 39. *Vobis enim est repromissio*: Occurrit Apostolus infidelitæ eorum de gratia consequenda, eo quod tam grande peccatum commississent in morte Christi: *Vobis est enim repromissio facta*. Per Prophetam Isaiam, de quo supra in hoc cap. n. 16. ut pote filii Abraham, ad quos pertinet promissio de Christo, ac donis ejus, qui in fide Iesus Christi fuerunt, & omnibus, qui à longè sunt, à Deo, Ecclesia, ac ejus fide, utpote gentilibus, & quos advocaverit ad Ecclesiam, & fidem suam, eosque dicit ob consolationem gentium, quæ tunc aderant.

270. Vers. 40. *Aliis autem verbis plurimis* tam persuasivis, ac ex testimoniis Scripturæ testificatus est ea omnia, quæ ad credendum in Christo pertinebant, & maxime, quæ ad talem fidem Christi spectabant, & salvamini à generatione ista prava. Syriacus *perversa*. Ethiopius *aspera*, id est fugi à consiliis, ac pervertitibus Iudæorum, qui vos deducunt in perditionem, ac damnationem: Iniquæ, ac perverse conversationes frequenter tot, & tanta mala parturiunt: Unde optime admonet Ecclesiast. 13. num. 1. *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea*; & qui communicaverit superbo induet superbiam: tamque fortis est ipsa conversatio, ac consuetudo, ut dicat D. Cyprianus lib. de spectac. *Omne vitium sui generis vitium parit, non modo nescientibus, & non advertentibus, sed sæpe etiam invidis.*

QUÆSTIO XXXIII.

Quare D. Petrus non rigidè sed blandè ac suaviter se habet cum circumstantibus pro gravissimo peccato mortis filii Dei?

271. **O**bitera nota, quod auditis verbis D. Petri, ait Textus: *Compuncti sunt corde*. Et dixerunt Petro suam compunctionem, ac dolorem publicè manifestantes, aliter ait David Psalm. 4. n. 5. *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini*. Dolorem, & compunctionem tantum in cubiculo assignat; erat enim peccatum occultum *Quæ dicitur in cordibus vestris*: At horum peccatum in morte Christi fuit valde publicum, & notorium, ideoque valde publicam, & notoriam poenitentiam, ac dolorem exigebat; & quia peccatum David tam in adulterio, quam in morte Uriæ fuit apertum, ac manifestum, ideo Deus dedit illi poenam, & supplicium in oculis solis hujus 2. Reg. 12. n. 12.

272. **D. Chrysof.** Ad quæstionem respondet primo D. Chrysofom. homil. 7. in Acta, & ait: *Reveriti sunt Petri mansuetudinem, quia his, qui Dominum suum crucifixerunt, & contra ipsos clamabant, tanquam Pater, & Magister curam gerens loquebatur non simpliciter, obedierunt, ac se ipsos condemnarunt, miseruntque, quod fecerant*. Maxime consideranda sublimis, & alta D. Petri prudentia agebat cum his, qui Dominum suum crucifixerunt, ac etiam cum his, qui contra ipsum Petrum, ac alios Apostolos male locuti sunt, dicentes eos ebrios, & tamen Princeps Apostolorum non duris, & asperis verbis in eos invehitur, sed leniter, ac suaviter, & ita sua mansuetudine eos devincit, ac compuncti corde ad poenitentiam convertuntur, & quos antea ebrios dixerant, fratres nunc vocant: Quid faciamus viri fratres, reveriti sunt Petri mansuetudinem.

Ait Regius vates Psalm. 117. n. 10. *Omnes gentes circumierunt me, & in nomine Domini, quia ultus sum in eos*. Alia lectio habet: *Debellavit, devinxit eos*. Sed quam ultione? forsitan ira, ac furoris, an gladio ferreo, vel lancea? minime, in nomine Domini, nempe ultione charitatis, omni gladio vehementiori ad penetranda corda, ut proferant poenitentiam fructus. Magister sententiarum ibidem ait: *In nomine Domini ultus sum in eos, dum ipsi conversi poenas sustinent poenitendo*.

Multus est Regius vates in describenda suprema adoratione, quæ danda est Christo Domino Psalm. 71. num. 8. *Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos Orbis terrarum, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient ei*. Unde Christi D. tam magnificus dominatus in totum Orbem terrarum, ac in omnes gentes? forsitan ex multa majestate, qua apparens ad sui cognitionem subiecit populum Israëliticum cum daturus esset legem ut dicitur, Exod. 19. n. 16. *Ecce cooperuntur auri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, & clangor buccinæ vehementius perstrepebat*. Ad unum populum ad se convocandum tot, & tanta majestatis signa: At verò ad omnes gentes, omnes Reges terræ idololatras, ac in cunctis erroribus enutritos ad se trahendos, aliquod fortius fuit adhibendum, hoc promiserat Psalmographus citato Psalm. n. 6. *Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillentia super terram*. Magnis prodigiis, & signis unum populum potentia, ac fortitudine devinxit: ac blandimento suavitatis de omnibus gentibus, ac Regibus triumphavit. Ad hoc tendit noster Incognitus, & ait: *Sicut pluvia in vellus, scilicet suaviter descendit in uterum Virginis, quia in humilitate summa, & lenitate venit: & in utero Virginis existens totum mundum circumendo continebat*.

Secundo ad quæstionem, Petrus efficacia, ac fortitudine suæ doctrinæ eos devinxit, & ad se traxit, tamen leniter, ac suaviter eos disponit, eos fratres vocans, eisque repromissionem salutis factâ, inculcat eos ad poenitentiam, baptismum, atque animæ sanitatem valeat allicere; D. Petrus efficaciâ suorum verborum fortiter adduxit, tamen tanquam recenter advenientes benignè, ac benevolè refovet. Ille, qui incidit in latrones multis vulneribus affectus, in quo peccatoris effigies depingitur, ut dixi tom. 3. in Evangel. cap. 2. i. multis iniquitatum plagis crucentatur, veniens cælestis Medicus: *alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum*, Luc. 10. num. 34. Magno mysterio talia adhibet medicamenta, vinum significans gratiâ fortitudinem, qua eum traxit, oleum vero, suavitatem, ac lenitatem, qua eum disponi præceperat, ac ducit, D. Bernard. serm. 16. in Cantic. sic ait: *O sapientia, quanta arte medendi in vino, & oleo anima mea sanitatem restituit, fortiter suavis, & suaviter fortis, fortis pro me, & suavis mihi*.

QUÆSTIO XXXIV.

Quare D. Petrus annunciat hic Iudæis gentium conversionem, quas maxime odio habebat?

Auditis verbis Petri, qui aderant, *Compuncti sunt corde*, & dixerunt, ad Petrum, & reliquos Apostolos: *Quid faciemus viri fratres? Tunc D. Petrus ait illis: Poenitentiam agite; vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus, qui longè sunt* quoscunque

Difficultas quæstionis. quoscunque advocaverit Dominus. Per eos qui longè sunt communiter Interpretes gentes intelligunt. Quæstio ergo est cur Princeps Apostolorum cum Iudæis agens eis proponit gentium conversionem, cum inter eos esset insatiabile odium, deinde cum Iudæa gens maxime invidia laboraret?

277. **Charitas vult secum socios.** Potest primò responderi, quod cum *compuncti essent corde*, de aliorum conversione non tractabantur, sed maxime de illa gaudebant, quia perfecta charitas omnes vult socios secum habere, de quo vide multa verbo charitas in meis libris, & supra cap. 1. q. 34. n. 243. 244. 245. & 246.

278. **Occum.** Secundo Occumenius in præsentis sic ait: *Considera vero quod tunc gentium fidem inivit, quando compunctos invenit Iudæos, ac se se condemnantes; Vbi enim se ipsam animam condemnaverit, jam invidere non potest*. Petrus alta sua prudentia, qua pollebat, cum Iudæos de suo scelere compunctos, & sequemetiplos accusantes conspiciet, tunc gentium conversionem exponit, quæ modo ex omnibus, quæ sub cælo sunt, aderant pro eorum consolatione aperit, absque ullo invidia Iudæorum stimulo, ubi enim se ipsam animam condemnaverit, jam invidere non potest.

279. Valde infelicissima, & horribilia denuntiantur Heli circa domum suam, quod ab ea sit auferendum Sacerdotium, quod in ea non erit senex, & quo duo filii una die morientur ambo, & quod videbit amulum suum in Templo, in cunctis prosperis Israël, quod valde durum, ac grave cuilibet homini est, eo quod filios suos non e vendaverit, sed permiserit iniquè agere, & tamen tantas calamitates patienter sustinet, & ait: *Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat, 1. Reg. 3. n. 18. Unde illi tanta patientia, cur aliqua invidia, vel odio non commoveatur, tum audiit amulum suum in sua sede repositum dominantem in cunctis prosperis Israël*. D. Chrysof. lib. de Providentia ait: *Heli sua culpa confusus, post ingentes illas, & terribiles minas, dixit: Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat*. Qui se tantis criminibus illaqueatum agnoscebat, nullius invidiæ morbo laborabat: Invidia est æmula alieni boni poenitudo, & qui se sceleratum, ac inde indignum alicujus boni fateatur, de alterius incrementi nulla poenitudine premitur.

280. Inexcrahili odio Saul persequabatur Davidem; timebat enim quod ipse ad regnum Israel esset exaltandus, hacque de causa totis viribus intendebat eum interficere, unde dixit filio suo Ionathæ: *Omni diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabueris tu, neque regnum tuum super terram. Ita, que jam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est*, 1. Reg. 20. n. 31. Tamen tempore elapso cum vidisset Saul magnam benignitatem, ac Clementiam, qua David erga eum usus est, & quomodo eum à morte custodierit, flens alta voce clamat Saul ad David: *Iustior tu es, quam ego, tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, & nunc scio, quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel*, 1. Reg. 24. n. 18. & 21. Magna invidia æstuabat Saul in David, & impatiens non poterat sustinere, quod ipse ad clavum regni elevaretur, ideoque omni conatu, & affectu ejus mortem moliebatur: At vero nunc ad eum ait: *Iustior es tu, quam ego, ut ibi notat Abulenf. se invidium, ac iniquum fateatur*, indeque omni deposita invidia ejus regnum proclamat certissime. Quoad Saul suam nequitiam non agnoscebat, igne ferebatur invidiâ in Davidem, ut ejus regnum impeditur, & ubi sui præfatus suam injustitiam confitens, simul & ejus regnum profiteretur.

Actor. 2. n. 41. Qui ergo receperunt sermonem

ejus baptizati sunt, & appositæ sunt die illa animæ circiter tria millia.

Num. 42. Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

Num. 43. Fiebat autem omni animæ timor; multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in Jerusalem fiebant, & metus erat magnus in universis.

VERSIONES.

Syrus n. 41. Et homines ex eis promptè exeperunt sermonem ejus, & addita sunt in eo die circiter tria millia animarum.

Arabicus. Receperunt libenter, & addita fuerunt inter fideles, & c.

Syrus n. 42. In doctrina Apostolorum, & in fractione Eucharistiæ.

Arabicus. Et in communione fractionis panis Græcus illius panis.

Vatabl. Continuo perseverabant in doctrina, & c.

Ethiopic. Manserunt perseverando in doctrina, & c. & benedicendo mentæ.

Syrus n. 43. Et fuit timor in omni anima, & c. & virtutes fiebant per manus Apostolorum.

D. Chrysof. Obortus est timor.

Ethiopic. Timuerunt Apostolos omnia animalia.

EXPOSITIO XVII.

Verf. 41. **Q**uoscunque receperunt sermonem ejus, scilicet Petri, seu, ut habet Syriacus promptè. Arabicus libenter eum fructu, & effectu in die illa, scilicet Pentecostes Baptizati sunt. Unde, ut restatur Lyra, quod in signum hujus rei antiquitus in die Pentecostes fiebat generalis Baptismus, & appositæ illa die animæ circiter tria millia: Et unde in verbis Apostoli tanta vis ad tot hominum millia trahenda; dicuntur animæ per Synecdochen. Ratio à priori est gratia divini Spiritus; tamen summa paupertas Apostolica, abnegatio omnium rerum; divitarum contemptus nec quisquam aliquid suum esse dicebat, omnium corda valuit inescare. Mens est D. Chrysof. homil. 7. in 1. Corinth. sic ait: *Tunc igitur nemo quicquam proprium sibi venerabat; sed Christi omnia erant communia, & pro singulorum necessitate visum esset, sua cuique pars conferebatur, & vitam vivebant. An. ad trahendâ.*

Verf. 42. Erant autem perseverantes. Explicatius Vatablus: *Continuo perseverabant*: quod denotat perduratiorem, non per unum, vel alterum diem, sed per multum tempus. In doctrina Apostolorum, probe, & exactè percipiendis, meditandis, ac exequendis, & in communicatione fractionis panis. Arabicus legit, & in communione, Græcus illius panis, cum articulo, quod magis explicat Syriacus, & in fractione Eucharistiæ; nam ut notat Lyranus, in primitiva Ecclesia Christiani quotidie communicabant, & dicitur in fractione panis, quia Divinus ille panis frangebatur, ac distribuatur per fideles, ut ait Paulus, panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est? ex quo patet, quod secularibus danda sit tantum sacra Eucharistia sub specie panis, ut tenet sancta Ecclesia Romana.

Verf. 33. Fiebat autem omni anima timor, Qui reverentia

suas, miscuit vinum, proposuit mensam, miscuit anillas suas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis. Hæc mensa de sacra Eucharistia communiter à Patribus, & Doctoribus interpretatur, & cum convocandum esset ad mensam, & arcem, & mœnia Civitatis vocatur; quia hæc sacra mensa ad hostes, ac inimicos debellandos est turris fortissima, & murus insuperabilis, miscet vinum cum aqua, ad notandum tam sacrificium altaris, quam ad innuendum, quod illi, qui ad hanc mensam volunt accedere sic debent uniri, ac incorporari cum Christo, sicut aqua unitur, & incorporatur cum vino. D. Paschal, proxime citatus cap. 21. sic ait: Invenimus in Salomone, quod sapientia miscuit vinum suum, quod sanè vnum est illud, quod refunditur ad altare, ideo fit, ut sanguis Christi inde pro nostris exhauriendis peccatis quotidie rursus in precium sumatur redemptionis, & interior homo noster per hoc plenus innovetur, & conjungatur Christo; nec modo moribus, & vita, verum etiam & unitate naturæ per corpus, ut hinc inde in illius forma inveniamur.

Oratio.

300. Ait Textus erant perseverantes in orationibus: Cum enim illi primitivi Christiani multum jam accepissent de Deo, quod penitentiam egissent, ac essent baptizati perseverantes in doctrina Apostolorum ac in participatione sacra Eucharistia, ideo in orationibus erant perseverantes, ac instantes, ut inde aliquid majus à Deo acciperent. Ait anima sancta ad suum dilectum. Cant. 1. n. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera sua vino fragrantia unguentis optimis, illa toto mentis affectu labia divini Sponsi exoptat attingere, tamen ibi non sistit, sed ultra ad ubera Sponsi multis celestibus donis repleta magno desiderio fertur, & ideo non labia, sed ubera maxime commendat, & ait meliora sunt ubera tua vino fragrantia. Quid facit ad rem, quod ubera tot, tantisque commendata donis repleantur, cum ipsa sola labia pertingere exoret? bene noverat ipsa, quod si aliquid à Deo acciperet, si mul totum ipsum Deum cum omnibus suis donis acciperet; nam aliquid de Deo participare pignus est ad totum Deum possidendum, ac habendum D. Ambrosii, lib. de Isaac, & anima cap. 3. ait, quia bona, inquit, ubera tua super vinum, & odor unguentorum supra omnia aromata, illa osculum possit, Deus Verbum se ei totum infundit, & nudavit ei ubera sua.

301. Erat Ionas cap. 2. n. 9. in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus, & oravit Ionas ad Dominum Deum suum de utero piscis, & dixit: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me. Magna questio est, Ionas adhuc detinebatur in periculo, adhuc erat inclusus in utero piscis: oratio autem ejus erat, ut ab illo carcere incolam, & salvus exiret, si adhuc in belluinis visceribus immorabatur, unde agnovit suam orationem exauditam? Et exaudivit me. Ex eo quod Ionas experimento cepit agnoscere in se aliquid de benignitate Divina, quod per tot dies eum salvum, & incolam servavit, pro certo credidit suam orationem exauditam de prospero, ac felici exitu. Theophylact. ibi ait: Per hoc, quod in cete servatus est, incipit credere, quod vitam denuo sit recuperaturus, eam ob rem hoc exoptat, non utique exoptaturus, nisi ex illo hoc possibile Deo credidisset.

Act. 2. n. 44. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebat omnia communia. Num. 45. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

Eucharistia turris fortissima.

Summ. a unio nobiscum. D. Pasch.

Cant. 1.

Qui de Deo cupit aliquid habere totum accipiet.

D. Ambr.

301. Joan. 1.

Ex divina clementia aliquid accipere multum habebit.

Theoph.

Num. 46. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo frangentes circa domo: panem sumebant.

Num. 47. Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem: Dominus autem augebat, qui salvi fierent quotidie in idipsum.

VERSIONES.

Syr. n. 44. Simul erant, & omne id, quod eis erat communiter erat.

Arabicus. Omnes concordēs, & omnes res erant in publicā, & communes. Pagninus rante conjuncti.

Ethiopicus. Simul manebant, & mixta fuit tota familia, & possessio eorum.

Syr. n. 45. Et ij, quibus erat possessio vendentes erant homini secuti eum id, quod necessi erat.

Arabicus. Vendebant supellectiles suas, & dividebant inter turbam; Ethiopicus dabant pauperibus.

Syr. n. 46. Perseverantes erant in una anima, & c. frangentes edictum munus, exultantes in puritate cordis.

Arabicus. Cum hilaritate laudantes Deum.

Ethiopicus. Perdurabant simul in domo sancta, & benedicebant mentem, & præbebant tibi cum gaudio.

Syr. n. 47. Donati in amicos coram omni populo.

Arabicus. Habebantque honorē apud omnem populum: Dominus autem in Ecclesia augebat salvandos quotidie. Vatablas gratiosi in Ecclesia.

Ethiopicus. Et ex decreto adjiciebat Deus, super illos, qui crederent, & salvi essent. D. Chryso. Addebat eos Ecclesie.

EXPOSITIO XVIII.

Verf. 44. Mnes, qui credebant erant pariter. Syriacus erant simul, Ethiopicus simul manebant, Pagninus; Tigrina erant conjuncti, non quod simul in eadem domo habitarent; multo enim credentium erat in magno numero, itaut prima die Pentecostes circiter tria millia fuerint baptizati supra n. 41. quotidieque credentium numerus augetetur, ac proinde impossibile erat quod omnes eadem in domo habitarent, maxime cum multi uxorati, alij casti, & religiosè viventes; erant omnes pariter in certo aliquo loco ad quem conveniebant ad orationem, concionem, ac ad exercitia spiritualia, simulque ad sanctam synaxim, & ita dicitur infra cap. 5. n. 12. Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis, qui erat valde amplus, & magnificus, & ita dicitur infra n. 46. Perdurantes quoque in templo.

Habebant omnia communia, quod maxime pertinet ad perfectam unionem, concordiam, ac pacem excluso illo frigido verbo meum, ac tuum, quod est totius discordiæ, ac iniquitatis, & perturbationis fundamentum, habebant omnia communia quoad rerum substantias, non quoad uxores, nam concubitus vagus est contra legem naturæ, & contra certitudinem prolis, ac debitam educationem.

Verf. 45. Possessiones, & substantias vendebant. Cajetan. tanus

302. Syriac. Ethiop. Pagnin. Tigrina.

303. Ait. 5.

304. Cajetan.

QUÆSTIO XXXVII.

Quare in primitiva Ecclesia tanta erat observantia communis vite, de illius excellentia agitur?

Communis vita, beatam, atque Angelicam imitatur, nam sicut Angelica uno alimentatur pabulo, uno lumine gloriæ vestitur, & ornatur, iidemque dotibus visionis, fruitionis, ac gaudii exultat, sic & vita communis una unanimitate alitur, uno fraterno amore ordinatur, iidemque facultatibus illustratur, & cum à se abiciat frigidum verbum meum, ac tuum nulli discordiæ, ac contradictioni est occasio; nullum ambitionis, aut cupiditatis fomentum, nulliusque invidia stimulus, sed omnia suggerunt mutua charitatis incitamenta, meritum fructus, & conscientia pacem, & tranquillitatem; merito hic vivendi modus vocatur à Divo Laurentio Justiniano citando: Inchoatio cælestis vite, & à D. Chryso. vita Angelica juxta illud Christi D. Si vis perfectus esse vende, quæ habes, & dā pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo. A Cassiano appellatur perfectionis norma.

Religionum institutores hunc vivendi modum vitæ communis sunt amplexati, cujus Deus jam aliquod initiavit principium in lege veteri, ac posuit in magno Parente Elia, Eliseo, ac filiis Prophetarum, qui conventualiter vivebant. In Carmelo Galgalis, Hierico, quos antequam Elias raptus esset in Cælum, tanquam suos Conventus visitavit 4. Reg. 2. n. 2. eodem pabulo ac cibo utebatur 4. Reg. 4. n. 39. De quibus multa dixi in Opusculis opusc. 3. resol. 3.

Postea secuti sunt Esseni, de quorum eximia obedientia, paupertate, castitate, oratione, silentio, ac clausura communi veste, & cibo late agunt Authores antiquissimi ipsi Esseni contemporanei, ut Philo. Philo liber Quod omnis probus sit liber, & lib. de vita contemplativa. Josephus lib. 2. de Bello Judaico Joseph. cap. 7. Porphirus apud Eusebium de præparatione Evangelica lib. 9. cap. 3. de quo late egi in opusculis opusc. 3. resol. 3. q. 4.

Nunc vero adveniens Spiritus Divinus illuminans, ac inflammans corda discipulorum, ab ipsis religiosa, ac religiosus vivendi modus ad sublimiorem, ac excellentiorem statum, maxime elevatus, ac in sua consummata, ac altissima perfectione constitutus, atque ordinatus est; ab hisque perfectissimæ vitæ religiosæ jacta sunt fundamenta, ut scribunt D. Hieronymus lib. de viris illustribus in Marco, D. Basilius in regula. Fusieri, regul. 19. eundem postea maxime suscitaverunt circa annum 100. D. Antonius, D. Basilius, D. August. edocti ab Apostolis, ac primis Christianis, in quibus omnia erant communia, & juxta etiam illud vulgare Proverbium: Amicorum omnia sunt communia, in quo consistit tota religiosæ vitæ perfectio. Ait Hugo de claustris Hugo. animæ perfectio.

Ait anima sancta ad suum dilectum Sponsum: Trahe me post te, & curremus in odorem unguentorum tuorum, Cant. 1. n. 3. Si ipsa se sola postulat trahi, cur etiam invitat, & ut sodales currant, cur non postulat & ut trahantur, & ut currant in odorem unguentorum tuorum? Quia si ipsa optabat trahi post Sponsum, ut de tantis donis, celestibus gauderet, non solum hoc sibi vult, sed etiam ut sodalibus communicetur dum currunt, & ne aliquid ipsa prius participet, ideo cum ipsa trahitur, postulat ut & alii trahantur, sed ut currant. D. Gregor. Papa ait: Cur, charitas, quæ dicit singulariter trahere, dicit pluraliter currere, vult omnia communia, id inquit esse in causa, quia in odore charitatis

310. Vita communis celestis, & Angelica. 311. Elias, Eliseus. 312. Essen. 313. D. Hier. D. Basil. D. Aug. 314. Cant. 1. n. 3. 315. D. Greg. Cur, charitas, quæ dicit singulariter trahere, dicit pluraliter currere, vult omnia communia.

Glossa Lyran. Interlin. Hugo. Carthuf. Act. 4. 305.

306. Verf. 46. Quotidie quoque perseverantes in templo. Ad orationem, ac conciones Apostolorum: Frangentes circa domos panem. Aliqui ut D. Antonin. Baronius, Gancius exponunt de pane Eucharistico; alij ut Caiet. Lyran. Carthuf. exponunt de pane usuali, de utroque pane Glossa. Interlinealis Hugo, & quod hic non sit sermo de sacra Eucharistia, inde mihi probatur, quia supra n. 4. de communione sacra Eucharistia fit mentio: deinde non videtur decens, quod celestis panis deferretur per domos ad communionem fidelium. Aptius videtur exponendum de certo genere panis, qui dicebatur Agape, & sumebatur post sacram Eucharistiam in memoriam ultimæ Cæne, ac communionis Christi ad symbolum, & stimulum charitatis: In hanc sententiam maxime inclinant D. Chryso. Oecumenius, & eam tenent Lorin, Cornelius à Lapide, Menoch, Tigrin.

D. Antonin. Gancius. Baron. Interlin. Hugo.

D. Chryso. Oecum. Lorin. Corneli. Menoch. Tigrin.

307. Oecum.

308. Verf. 47. Collaudantes Deum pro tot, ac tantis beneficiis acceptis, ut referuntur in hoc capite, quod eos in fide illuminaverit, eosque sui corporis participes faceret, in eisque tantam charitatem, ac unionem infuderit: pro his omnibus gratias agebant, ut ait Apostol. ad Ephes. 5. n. 19. Loquentes vobis in canticis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus cantantes gratias agentes, & 1. ad Timoth. 4. n. 4.

309. Arabic.

309. Arabic.

Ephes. 5.

309. Arabic.

309. Arabic.

D. Chryso.

Ephes. 5.

Ephes. 5.

Ephes. 5.

Ephes. 5.

Ephes. 5.

Ephes. 5.